

## Advertencias para

Nem] fuit inualide absolutus: omnia peccata  
referuata confitendo. In hoc enim casu fini-  
to tempore Iubilei, aut Bullæ, dicunt grauis-  
simi Theologi, illam inualidam Confessionē,  
operari, vt referuatio peccatorum tollatur.  
Quam opinionem vt verissimam amplec-  
tor, quando dicta peccata sunt referuata ra-  
tione alicuius censure. Cum enim Confes-  
sor virtute Iubilei & Bullæ possit absoluere  
à censuris & à peccatis, & absolutio censu-  
rarum præcedat absolutionem peccatorum,  
& cum absolutio censurarum non pendeat  
ab absolutione eorum, non requiritur dispo-  
sitiō ex parte pœnitentis, vt à censuris solua-  
tur. Quod confirmatur. Potest enim dari  
casus, in quo quis absoluatur à censuris sine  
dispositione: & statim quando Sacerdos pro-  
fert formam absolutionis peccatorum, per  
internam Spiritus Sancti motionem debite  
disponatur. Quo casu, non videtur posse ne-  
gari, quod à peccatis & censuris remaneat  
pœnitens liberatus. Non ignoro tamen ali-  
quos viros Doctissimos contrariam tenere  
opinionem dicentes, quod absolutio censura-  
rum virtute alicuius Bullæ, aut Iubilei con-  
ceditur in ordine ad absolutionem pecca-  
torum,